



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 119. Polygamiæ impietas a quodam Lutherano innovata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII. dit, ut Urbis Senatores eo induceret,
A. C. 1679. quatenus publicum Catholicæ Reli-
 gionis exercitium concedere, huncque
 in finem Catholicis Templum S. Gervasi
 reddere vellent: ast responsum dare
 differebant, donec tam inter se, quam
 cum civibus, vicinisque amicis desu-
 per deliberassent, interim vero Cha-
 vignius, annuente Genevensi Episcopo
 quotidie Missam in suo Palatio celebra-
 curavit, quo comperto Genevenses ei-
 dem adhuc campanæ pulsum conce-
 dere, ne Regis indignationem incur-
 rerent.

§. CXIX.

*Polygamiae impietas a quodam Lu-
 therano innovata.*

Maur. Rel.
 83. p. 72.

Progerminavit hoc anno Lipsiensis Lu-
 theri schola, sæcundissima illa mon-
 strorum Parens, nefandum scurræ
 Joannem Lyserum, qui edito libello
 Teutonico (*) sub titulo: *Medulla con-
 nium Regionum polygamiam simultaneam*
juxta Mahometis Pseudo - Prophetæ
leges, innovavit, mordicusque defen-
dit: nostris quoque temporibus, Viris
quotquot voluerint, uxores simul ha-
bere, non modo licitum, sed etiam in
qui

(*) Das Markt aller Länder.

quibusdam eventibus præceptum esse: Sæc. XVII.
 Hanc impietatem sparsurus, Germa- A. C. 1679.
 niam, Daniam, Angliam, Sueciam,
 Franciam, Italiam & Bataviam per-
 vagatus est; paucos tamen foeditissimæ suæ
 doctrinæ affeclas invenit; ex Dania e-
 nim imo ferme ubique non sine infam-
 iæ nota expulsus: præcipue vero in
 Suecia promeritas suæ scurrilitatis pœ-
 nas dedit: postquam enim Holmiæ sui
 libelli non pauca exemplaria in vulgus
 sparserat, tanta in protervum illius Au-
 thorem rabie effervescebant conjugatæ
 mulieres, ut magno numero ipsius di-
 verforium cingentes, eum absdubio
 crudeliter trucidassent, nisi Magistra-
 tus eas tempestive dissipasset, & ar-
 mata vi captum in carceres conjecisset:
 Postea hic nebulo in judicium vocatus,
 non modo ob concitatum hunc tumul-
 tum, sed potissimum propter impium
 dogma unacum libello suo ad rogam
 damnatus est: quam tamen sententiam
 Rex in diuturniores carceres commu-
 tavit, jussitque, ut divulgati libelli
 exemplaria præsentem illius Auctore nu-
 mellis publicis affixo cremarentur, ipse
 vero toto Regno expelleretur: pariter
 scelestam hanc illius doctrinam Musæus,
 & Brunemannus confutarunt.